

refertur in cap.  
Rogation. de cō.  
secat. dist. 3.

Quadragesima  
dierum Indulgen-  
tiam conceditur  
jejunantibus in  
Ferijs Rogation.

tudinem jejnandi in Vigilijs Beatæ Mariæ Virginis,  
& Festi Corporis Christi, itidemque a cibis carnali-  
bus abstinendi in diebus Rogationum (quamvis ex  
præcepto non teneantur) observent, conceditque  
hæc Synodus jejnantibus in his diebus Quadragesimæ  
dierum Indulgentiam pro singulo quoque die.

## §. IV.

Curati Populo id annuntient.

**P**Ræcipit quoque hæc Synodus Curatis omnibus  
Secularibus, & Regularibus, ut id suis subditis  
annuntient.

## §. V.

Servetur abstinentiã a lacticijs.

**D**Eclarat præterea hæc Synodus abstinendum es-  
se omnino in diebus Junij Quadragesimali-  
bus a lacte, ovis, caseo, butyro, alijsve cibis ex his con-  
ditis, nisi ad id Bulla, aut Privilegium concessum sit.  
Declarat etiam in omnibus Junij diebus, Ferijs sex-  
tis, & Sabbatis per annum, & in Dominicis Quadra-  
gesimæ esum carniũ esse prohibitum, nisi alicui  
de consilio Medici corporalis, & de facultate Epi-  
scopi, aut ejus Officialis in scriptis, esus carniũ li-  
citus sit. Hæc tamen facultas, examinata causã, ad  
tempus limitatum, & gratis concedetur. In omnibus  
vero his diebus, quibus ab esu carniũ abstinendum  
est, carnes publice ne divendantur, nisi ad usum in-  
firmorum, facultatem prædictam obtinentium.

## §. VI.

Facilitas Medicorum in hac materia cõercetur.

**M**edicis itidem jubetur, ne prius cuiquam in  
diebus prohibitis edendi carnes facultatem  
dent,

Diebus prohibi-  
tis ne carnes pu-  
blice vendantur.

Concil. Trid.  
Sess. 24. c. 1. de  
reform. Matrim.

dent, quam prospexerint rei necessitatem, quæ si suf-  
ficiens non sit, facultas hujusmodi denegetur. In con-  
cedendis vero hujusmodi facultatibus, ne faciliores  
se erga divites, quam erga pauperes præbeant, præ-  
sertim cum divites alijs possent uti alimentis sine de-  
trimento salutis, quibus pauperes, & miserabiles Per-  
sonæ ob inopiam uti non possunt.

## LIBRI QUARTI TITULUS I.

### De Sponsalibus, & Matrimonijs.

## §. I.

Curent Parochi, ut Matrimonio conjungendi peccata  
constentur.

**E**X eo magna incommoda, & infelices even-  
tus oriuntur, quod Matrimonia, nec sincero  
animo, nec ad Sacrorum Canonum præscri-  
ptum contrahantur. Quare Episcopi, & Ecclesiastici  
Judices in executione eorum, quæ de Sacro Matri-  
monij Sacramento jure disposita sunt, omnem ope-  
ram collocare debent. Quod maxime cupiens hæc  
Synodus, præcipit Curatis omnibus, tam Seculari-  
bus, quam Regularibus, ut curent diligenter, ne ali-  
qui ex sibi subditis, prius per verba de præsentis Ma-  
trimonium contrahant, quam peccata sua constentur.

Concil. Trid.  
Sess. 24. c. 1. de  
reform. Matrim.

Milan. 1. p. 22  
tit. que ad Sac.  
Matrim. perti-  
nent, & Quadis-  
tit. 2. a consti-  
57. & Granat.  
tit. de Sponsal.

\* *Id est Cazi-  
guez.*

poena Excommunicationis latae sententiae. Idemque praecipitur \* proceribus Indorum, ea poena statuta, si secus fecerint, ut triginta diebus in carcere sint inclusi, ac praeterea severe puniantur.

## §. IX.

*Mancipia conjugata ne in loca multum distantia  
distrabantur.*

**I**dem praecipitur, ut hi, qui servos conjugatos possident, eos vendere non possint, nec vendant in partibus adeo distantibus, ut probabile sit, eos cum uxoribus per longum tempus cohabitare non posse. Quod autem sit tempus longum reputandum, arbitrio Ordinarii censendum relinquitur.

## §. X.

*Caveant Parochi ne Indi uxores emant, & invigilent cir-  
ca alios Matrimonij abusos.*

\* *Hoc est, Na-  
turales.*

**U**T vero corruptelae inter hos \* indigenas aliquando receptae, non sine gravi Matrimonij injuria, occurratur, qua, cum quis feminam aliquam in uxorem ducere volebat, eam a suis parentibus emens, cum eaque multo tempore ante Matrimonium cohabitans, saepe innuptam dimittebat; decernit, ac jubet haec Synodus, ut Indorum Parochi diligenter in suis districtibus de hoc delicto seiscitentur, ac Episcopum certiores faciant, ut tantum facinus puniatur, & funditus, ut decet, extirpetur.

## §. XI.

*Nemo ad secundas nuptias admittatur, nisi conjugis  
mortem sufficienter probet.*

*Mexic. 1. c. 40.  
Synod. de Quir.  
conf. 33.*

**Q**uorundam dolis, ac fraudibus, quas aliqui machinantur, ut binas nuptias contra Indos Colubi-

le Matrimonij vinculum exercent, obviare volens haec Synodus praecipit, ut nullus ex his, qui in facie Ecclesiae Matrimonium contraxerunt, eo quod ab altero conjugate absens sit, secundas nuptias contrahere audeat, nisi sufficienter probet, ad praescriptum juris, alterius conjugis mortem. Quod si quis secus attentaverit, poena gravi pro qualitate Personae punietur.

## §. XII.

*Ex Europa advenientes cum feminis, uxorum nomine,  
nisi testimonium, aut aliam legitimam Matrimonij pro-  
bationem intra annum exhibeant, separentur.*

**Q**UI ex Hispania, aut ex alijs partibus distantibus in hanc Provinciam pervenerint, & secum feminas duxerint, uxorum nomine; nisi hujus rei authenticum testimonium exhibeant ad illud deferendum, si Episcopo videbitur, terminus unius anni cum dimidio praefiniatur. Quod si intra praefixum terminum, de Matrimonio per testimonium, aut per sufficientem probationem non constiterit, ab Ordinario separentur, nec cohabitare permittantur.

*Mexic. 1. c. 39.  
§. unico.*

## §. XIII.

*Quid circa Matrimonia infidelium recens ad fidem  
conversorum.*

**S**I quando evenerit, ut stante duorum infidelium Matrimonio, alter conjugum ad Fidem conversus Baptismum susceperit, altero vel ullo modo ad Catholicam Fidem convertere se nolente, vel non sine blasphemia Divini Nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente, ba-

*Tr. in cap. quan-  
to, & in c. gau-  
demus de divor-  
tiji.  
Limenfe 3. ad.  
a. c. 36.*

Cccc

pti

aut per suum Generalem Vicarium, ex gravi causa facultatem concedant: declarat autem hæc Synodus, in Indorum oppidis satis esse, si quando Minister visitaverit, tres hujusmodi denuntiationes ab eo fiant, tribus diebus etiam non festivis, dummodo eo tempore Populus in Ecclesiam conveniat. Aliter enim Matrimonia Indorum celebrari non possunt, sine magno impedimento Doctrinæ Christianæ, qua Indi sunt erudiendi.

## §. V.

*Nuptiales benedictiones ab alio non dentur, quam a proprio Parocho, vel de ejusdem licentia.*

**J**uxta Decretum Concilij Tridentini prohibet hæc Synodus, ut nullus Sacerdos Secularis, sive Regularis, etiam si Parochus sit, alterius Parochiæ sponsis sine Ordinarij, vel eorum Parochi licentia, benedictionem nuptialem conferre audeat, quolibet privilegio, aut consuetudine non obstantibus. Quod si secus fecerit, ipso jure tamdiu suspensus maneat, quamdiu ab Ordinario ejus Parochi, qui Matrimonio interesse debebat, seu a quo benedictio suscipienda erat, absolvatur.

## §. VI.

*Indis nuptiales benedictiones, sicuti Hispanis, conferantur.*

**R**ecipit quoque hæc Synodus Secularibus, & Regularibus Curatis, ut in benedictionibus nuptialibus Indorum naturalium arras benedicant, cum reliquis ceremonijs, quibus in benedictionibus nuptialibus Hispanorum uti solent, pro hujusmodi auctoritate benedictionibus conferendis, quidquam profus-

ne accipiant, præterquam a sponte dantibus post præstitam liberam benedictionem: aliter quidquid acceperint, restituere etiam in foro conscientie tenebuntur, & præterea severe punientur.

## §. VII.

*Nullus Matrimonio conjugatur, nisi ætatem habeat jure præscriptam.*

**N**ullus Parochus, aut Sacerdos Secularis, sive Regularis, quemquam per verba de præsentij Matrimonio conjugat, qui non sit ætatis legitime a jure statuta, cujus ætatis per librum Baptismi, aut per sufficientem probationem constare debeat, nec sponsalitijs similibus Personarum, quæ per verba de futuro fiunt, assistat, nisi de Episcopi licentia. Si quis vero secus fecerit, Ordinarij arbitrato punietur.

## §. VIII.

*Indi ad Matrimonium contrahendum non cogantur, sub pena Excommunicationis.*

**V**olens Tridentinum Concilium liberum consensus, qui ad Matrimonij contractum requiritur, conservari, præcipit sub anathematis pœna, quæ ipso facto incurratur, ne quisquam ullatenus cogatur, quominus libere Matrimonium contrahat, cujus auctoritatem sequuta hæc Synodus, cum his in partibus multi ob suam propriam utilitatem Indos, & servos invitos contrahere Matrimonium compellant, ut suis operis utantur, statuit, ac mandat, ne ullus Hispanus Indum, aut servum cogat ad Matrimonium contrahendum, nec per vim eos impediat, ut libere cum quibus libuerit, Matrimonium contrahant, sub

In Matrimo-  
niji Indorum de-  
nuntiationes sit-  
etiam diebus non  
festivis, habet fieri  
non valeant.

D. Sess. 24. c. 1.  
de reform. Ma-  
trimonia.

Sess. 24. c. 9. de  
reform. Matrim.

Sess. 24. c. 9. de  
reform. Matrim.

Mexic. 1. c. 72.  
§. unico.

buz. & Synodal  
de Quir. a. cons.  
28.

tur, quo se ad suscipiendam gratiam præparent, quæ in hoc Sacramento confertur. Hoc enim, & ad vitam conjugalem cum omni pietate, & tranquillitate degendam, & ad prolem educendam, ad celorumque patriam dirigendam, convenientissimum principium erit. Præterea Curati subditos doceant, tunc se Matrimonij Sacramentum suscipere, cum per verba de præsentibus contrahunt.

## §. II.

*Noviter nupti ante nuptialem benedictionem susceptam non cohabitent.*

Sess. 24. c. 1. de  
reform. Matrim.

**D**Ecreto autem Tridentini Concilij Synodus in nixa hortatur, ut conjuges ante Sacerdotalem benedictionem in Templo suscipiendam, eadem domo non cohabitent, statuitque benedictionem a proprio Parocho fieri, neque a quoquam, nisi ab ipso Parocho, vel ab Ordinario licentiam ad prædictam benedictionem faciendam, alij Sacerdoti concedi posse.

Quoad titul. 2.  
cons. 66.

## §. III.

*Clandestina Matrimonia prohibentur.*

Sess. 24. c. 1. de  
reform. Matrim.

**U**T multis malis, quæ ex clandestinis conjugij ortum habuere, medicinam afferret, universalis Tridentina Synodus clandestina hujusmodi Matrimonia irritavit, nullaque decrevit, ac formam, qua Matrimonia debent celebrari in hunc modum præscripsit (videlicet) ut Matrimonium præsentibus Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus contrahatur. Quod si aliqui secus contrahere attentabunt, hujusmodi contractus eadem Synodus irritos, &

& nullos decrevit. Hujus igitur Concilij autoritatem sequuta hæc Synodus decernit, ac jubet, ne quicquam per verba de præsentibus Matrimonium contrahere attentet, nisi ad præscriptum Concilij Tridentini. Si qui vero secus fecerint, ultra pœnas a jure statutas, etiam Excommunicationis pœna proponitur; contrahentes autem in triginta pondo condemnentur: singuli vero testes in quindecim, quæ in usum Ecclesiæ, cujus fuerint Parochiales, erogentur. Parochus vero, aut Sacerdos per mensem unum carcere inclusus teneatur.

## §. IV.

*Matrimoniales denuntiationes fiant ad Tridentini præscriptum.*

**E**X Decreto itidem Concilij Tridentini statuit, ac præcipit hæc Synodus, ut antequam Matrimonium contrahatur, ter in Parochia, siue Parochijs contrahentium, tribus continuis diebus festis a proprio Parocho inter Missarum sollempnia publice denuntietur, inter quos Matrimonium sit contrahendum, ab eodemque Parocho subditi moneantur, ut si ad alicujus notitiam legitimum aliquod impedimentum pervenit, quo contrahentes impediuntur, illud revelent. Denuntiationes vero hujusmodi nequaquam fieri omittantur, nisi quando probabilis fuerit suspitio, Matrimonium malitiose impediri posse, si tot præcesserint denuntiationes: Tunc enim, vel una tantum denuntiatio fiat, vel saltem Parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus Matrimonium celebretur. Episcopis vero injungitur, ut ad id, non per quolibet suos Officiales, sed ipsi per se,

DiBa Sess. 24.  
c. 1. ubi supra.  
Mex. 1. c. 38.  
Quoad titul. 2.  
c. 57. & Quoad  
de Sponsal. v. 1.  
Synod. de Quir.  
cons. 29. & Li.  
mensis 3. ad. 2.  
cap. 34.

Sess. 24. c. 1. de  
reform. Matrim.  
Limenf. 3. ad. 2.  
c. 34. & Prov.  
de Quiroga ad.  
3. c. 48. & Con-  
cil. Milan. 5. sit.  
que ad Matrim.  
pertinent.

prizatus, ad secunda, si voluerit, vota transibit; sed si baptizatus sine detrimento Fidei, & Legis Divinae, aut cum spe, quod ad Catholicam Fidem convertatur, cum infideli cohabitaverit, fidelis alteri Matrimonio ne se jungat, sed cum infideli cohabitet. Si vero infidelis conversionem ad Fidem distulerit, per sex menses ambo cohabitent: quo elapso termino, Episcopus de hac re certior fiat, ut ipse discernat, an terminus prorogandus sit, an fideli concedenda facultas, ut alteri Matrimonio se jungat. Itemque Episcopo annuntiabitur, quando aliquis Matrimonium contrahere velit, qui alterum conjugem in locis infidelium reliquit, cui suae infidelitatis tempore cohabitabat, ut Episcopus, causa examinata, ei jungendi se alteri Matrimonio facultatem, si sibi visum fuerit, concedat.

## §. XIV.

*Libellus repudij ne permittatur.*

**Q**UOS Deus Matrimonij vinculo conjunxit, non possunt, nec debent separari. Quare omnino reprobatur est maritum, & uxorem dato libello separationis coram Judicibus, & Notarijs se ad invicem separare, existimantes se illius libelli virtute a vinculo Matrimonij esse solutos: Idecirco statuit haec Synodus, ut nullus Ecclesiasticus Judex, in libellis hujusmodi auroritatem suam interponat, sub poena privationis officij; nullusque Notarius eosdem conficiat, aut subscribat. Quod si secus fecerint, praeter poenas Cap. *Cum aeterni Tribunal.* statutas, ab officijs sint ipso facto privati, quadragintaque pondo minarum

*Mexic. r. c. 41.  
& Syn. de Quir.  
conf. 34.*

*In e. cum alter  
ni de sent. & re  
judicata lib. 6.*

rum persolvant in usum fabricae, pauperum, & accusatoris aequis partibus eroganda. Qui vero ob praedictas causas non cohabitantes denuo Matrimonium contrahere attentaverint, propter binas nuptias punientur.

## §. XV.

*Lites circa divortia absque dilatione prosequantur: & interea femina honesto in deposito collocentur.*

**Q**UONIAM vero aliqui, eo animo lites de divortio movent, easque minime prosequuntur, ut libere in suis infordecant vitijs, quo diabolicae eorum fraudi occurratur, statuit, ac praecipit haec Synodus, ut quodocumque lis de divortio mota fuerit, uxor statim in aliqua domo honesta constituatur. Casu vero, quo pars litem non prosequatur, Fiscali detur facultas petendi, ut simul cohabitent. Quod si sententia lata fuerit de divortio quo ad thorum, uxor in domo honesta, ac minime suspecta pro ratione suae aetatis, & conditionis collocetur, ne ulla in Deum committatur offensa; Fiscalis vero, qui in hoc negligenter egerit, in pondo triginta condemnatur, & iuxta causae qualitatem usque ad officij suspensionem puniatur, si Episcopo ita videbitur.

## TITULUS II.

De cognatione spirituali, &amp; alijs Matrimonij impedimentis.

## §. I.

*Nemo intra gradus prohibitos Matrimonium contrahat.**Sub pena Excommunicationis. Et multa pœcuniaria.**Sess. 24. c. 5. de reform. Matrim. Mex. 1. c. 38. §. unico, & Syn. de Quir. c. 30. Tx. in Clem. unica de consanguinitate, & affinitate.**Lex Regia 3. tit. 18. partida 7. & lex 7. tit. fual lib. 8. ordinamenti. Vide Covarrub. in 4. 2. p. c. 6. §. 8. n. 2. & 3.**Ex Synodal de Quir. c. 30.*

**Q**UONIAM aliqui, Dei timore posthabito, intra gradus a jure prohibitos, in quibus Matrimonium invalidum est, contrahere præsumunt, unde consequitur, ut in peccato vitam ducant; eam ob causam ex Decreto Concilij Tridentini interdicit hæc Synodus, ne quisquam intra hos gradus Matrimonium contrahere audeat, ne Sacerdos ullus in aliquo hujusmodi contractu interveniat. Quod si aliqui scienter intra gradus prohibitos, qui Matrimonium dirimunt, contrahere attentaverint, præter pœnam Excommunicationis, quam ipso facto incurrant, & alias pœnas a Legibus Ecclesiasticis, & Regijs \* statutas, centum pondo persolvant. Sacerdos vero, qui hujus rei conscius, hujusmodi Matrimonij contractibus interfit, si Beneficiatus fuerit, fructus, seu redditus unius anni amittat, aut si Beneficiatus non fuerit, centum pondo mulctetur. Quæ omnis mulcta fabricæ Cathedralis Ecclesiæ, sumptibus Justitiæ, accusatori, aut si is desit, Judici æquis partibus applicetur.

## §. II.

*Gradus numerantur, intra quos contrahere non licet.*

**Q**UO vero his evitandis accurata diligentia adhibeatur, hæc Synodus Sacerdotibus exponit gradus

dos prohibitos cognationis corporalis, & spiritualis hos esse.

## §. III.

*Gradus prohibiti.*

**P**rimus, consanguinitas usque ad quartum gradum inclusive. Secundus, affinitas ex Matrimonio contracta usque ad quartum gradum inclusive. Tertius, affinitas ex fornicatione contracta, usque ad secundum gradum inclusive, prout est a Tridentino Concilio dispositum. Quartus, impedimentum publice honestatis, ubi sponsalia quacumque ratione non fuerunt valida, prorsus tollitur, ubi autem valida fuerunt, primum gradum non excedit.

*Similiter offinitas ex Matrim. Affinitas ex copula illicita usque ad secundum. Honestas in primo tantum gradu.**Sess. 24. c. 4. de reform. Matrim. Sess. 24. c. 3. de reform.*

## §. IV.

*Cognatio spiritualis explicatur.*

**C**ognatio spiritualis in Baptismo contrahitur inter baptizantem, & baptizatum, & illius Patrem, & Matrem, & inter Compatrem, & Commatrem baptizati, & inter illius Patrem, & Matrem tantum. Ex Confirmatione vero contracta cognatio confirmantem, & confirmatum, illiusque Patrem, & Matrem, ac tenentem non egreditur. Advertendum tamen est, in impedimentis hujusmodi, felix recordationis Pium Papam V. suis proprijs motibus declarasse in gradibus ante Concilium Tridentinum prohibitis, & postea ab eodem Concilio sublatis, tanquam Matrimonium non impediens, non solum intelligi post Concilium impedimentum esse sublatum ijs, qui de novo ad illum gradum pervenerunt; sed etiam ijs, qui ante Concilium eo gradu erant conjuncti, dummodo

*Sess. 24. c. 2. de reform. Matrim.**Motus proprius Pij V.*

Dddd

do